

## Allocutio

Sanctissimi Romani Papae Pii VI.

recitata

In publico Consistorio quod habuit Vindobona  
in Aula Imperiali die XIX. Aprilis 1782.

Antequam Consistoriali huic actioni finem imponamus, qua latere  
Neminem oportet, ea hoc loco praeterire silentio nolumus. Gratum quippe  
Nobis fuit, Imperatoriam Majestatem, quam semper magni fecimus,  
coram intueri, ipsumque Coaerem peramanter complecti. Pro muneris  
Nostri ratione saepe Eum alloquuti sumus, et plurimum in eo  
Urbanitatis, qua Nos Augusto Domicilio suo honorifice recepit, et  
liberali quotidie Officio habuit, singularem quoque in Deum  
devotionem, praestantiam ingenii, summumque in rebus agendis  
studium, admirari debuimus. Neque minori solatio paternum  
animum Nostrum erexit Pietas et Religio, quam in splendida  
hac Urbe, et populis in Itinere Nobis occurrentibus, vastam  
incorruptamque manere cognovimus. Quare non modo eam  
laudare, sed assiduis etiam orationibus precibusque Nostris fovere  
nanquam praetermitteremus. Imo Deum optimum Maximum  
vehementer obsecramus, ut qui adve tendentes non deserit, eos  
in sancto proposito confirmet, ac uberi celestium Benedictionum  
rore perfundat.

In the King's hand

R. W.





